

nionem, & traditionem antiquissimam de jure comprobata, & confirmata per tacitum Romanorum Pontificum consensum. Hac ille, qui proprio ore con-

341 vincitur, firmatque perperam reprobari Gregorium, & idem Cevall. iterum hoc idem, quod Gregor. profite- tur efficacius in eadem q. 1. n. 251. in hac verba, ibi: Maximè cum ista consuetudo fundetur etiam ex tole- rantia Pontificis, qui cum habeat omnia jura in ser- vatione sui pectoris, & videat, & intelligat plures causas, de quibus in Regiis consistoriis cognoscitur per viam violentiæ, videtur tolerare dictam cognitionem, etiam si aliquantulum deviare à tramite juris propter bonum publicum, &c. Quæ verba formaliter sunt eadem, quæ Gregor. Azeved. Sese. quos ipse modò variis, & in- constantibus reprobatur, palinodiam recantans.

342 Hinc & ulterius reprehensione dignus est Cevall. qui in tractatu de cognit. per viam violentiæ, glos. 6. n. 57. minùs doctè reprobatur opinionem Dominici Bannez, eo quòd in 2. 2. quest. 67. artic. 1. dub. 2. concl. 6. dixerit, Reges Hispaniæ habere privilegium Pontificis revocan- di causas Ecclesiasticas ad sua tribunalia per viam vio- lentiæ: in quo enim iste vir peccavit, ut reprobatione dignus sit tam ignominioso epitaphio, quo subscribit Cevall. ibi, opinio Dominici Bannez reprobatur: non- ne consuetudo immemorialis, quæ se fundat l. Regia, quæ ut diximus causatur à jure naturali, & corroboratur, seu perscitur Pontificis scientia, patientia, & tolerantia, vim privilegii habet, præsumereque facit, privilegium Pontificis præcessisse, & similes alios effec- tus, ut latissimè supra probavimus prælud. 3. circa jus- tificationem consuetudinis; igitur Bannez nihil dissonans asseruit, sed expressit illud, quod à jure tacite inest, quia ex immemoriali potest non solum allegari privile- gium, sed etiam quilibet alius titulus de mundo: plu- res ad id citat Rotæ decisiones, ante medium, quas li- teraliter adducit Nicolaus Garcius, de benef. 5. p. cap. 1. sub n. 452. ante medium.

343 Deinde quia foret scitum confundere Cevall. & re- darguere, qui idem firmavit, in eodem tractatu de violent. glos. 4. num. 6. ubi alios sequutus in hac dicit: Et post hæc scripta doctissimus Sese, lib. 2. decisio in Epistol. Regia, verb. volentes, n. 112. ubi resolvit, quod quan- do consuetudo præscripta est immemorialis, & cum ea concurrat fama privilegii (ut in nostra lege Regni) habet vim sicut privilegium Papale, &c. (de quo & ego latius supra, suo loco) qui enim de fama privilegii testa- tur, plus firmat, quam Bannez, si enim adest fama privilegii, quid illum redarguit, dicentem habere Re- gem privilegium, cum adit immemorialis, quomodo enim fama privilegii apparere potest, nisi ii, qui de re hac tractaverint, testentur, imò omnes de eo mentio- nem faciunt, & eos sequutus Bannez; idem dicit Cæned. in quest. canonic. 45. n. 18. & sub. n. 27. & est videre per doctissimum Humadam, in l. 1. tit. 13. p. 1. glos. 4.

344 Vegam in summa, tom. 1. c. 29. casu 1. in fin. vers. nota que el Rey, & in cap. 85. cas. 141. vers. nota para esto; imò & quod magis est, dicit Cæned. ubi proximo, n. 18. ad finem, in hac: Imò quidem, ut referunt gravissimi viri nostri Catholici Reges, super hoc Summum Pontificem Six- tum IV. consuluerunt, instigante illustrissimo memo- riæ immortalis B. Francisco Ximeno, Toletano Archie- piscopo, Cardinali sanctæ Baluinæ, & dicti Pontifex vivæ vocis oraculo hanc consuetudinem comprobavit, conferunt concessisse Bullam super hoc, &c. Hac ille Cevall. igitur contrarium quomodo comprobare pote- rit, si isti viri de actu affirmativo testantur? & quid mirum, hoc ita fuisse; cum in simili casu ad instantiam Regis Franciæ, qui pariter jure, & consuetudine facul- tatem habet tollendi violentias, Summus Pontifex

346 Martin V. illi concessit Bullam, de qua supra; qua si nos juvamus (prout & ipsemet Cevall. ubi proximo, in proemio, cap. 10. n. 36.) multò magis hanc consue-

rudinem debemus tueri privilegio expresso, & ejus fama.

Quod enim inconveniens esse potest hanc cognitio- nem per viam violentiæ, competentem Regi nostro de jure, & consuetudine, privilegio expresso confirma- tam, & corroboratam habere: quæ enim abundant, non nocent. Et quia certum est, posse quem ex pluri- bus causis possidere, & ex utiliori juravi l. possideri, & ex pluribus, ff. de acquir. poss. ubi B. & Ill. textus etiam in l. paterna, & ubi Paulus, & Bald. Cod. de judi. heredi. tenet Bartol. in l. gerit, vers. ad secundum, ff. de acquir. heredi. idem tenet Alexand. in lib. 2. C. quod metus cau- sa, & cons. 32. volum. 3. & consil. 8. volum. 3. pulchrè, & multum ad nostrum propositum nostras Joan. Gate. tract. de nobilit. glos. 12. à n. 39. cum seqq.

Nec est in consideratione dicere, quod privilegium possit ab eodem Romano Pontifice iterum revocari; quia respondetur, id parum urgere, non enim ex hoc impediretur Regi recursus, & naturalis hæc defensio competens jure naturæ, divino, & consuetudine im- memoriali; cujus proprium, & naturale officium est, & à diademate inseparabile; & sic licet cesset jus ex privilegio, non cessant aliæ causæ, & jura propria; quia ubi concurrunt duo vincula, & jura, uno sublato, actus ex alio sustinetur, §. affinitatis, Institutio de nuptiis, cum 30 concordantibus, & quando plura jura in uno concurrunt ex diversis respectibus, uno sublato, remanent alia, nec cum deficiente confunduntur; latissimè multa conge-rens in propositum Tiraq. de retract. conventio. §. 1. glos. 351 unica, per totam, & præcipuè à n. 18. cum sequentibus, & iterum à n. 61. cum pluribus sequentibus, hinc victus in judicio ex una causa, & jure super aliqua re, pote- rit ex alia causa, & jure rem iterum petere, & judicium movere, l. si mater, §. si quis autem l. & an eodem, & l. fin. 352 cum aliis, ff. de except. rei judi. & d. l. si mater, §. si quis iter, l. 2. ff. eodem tit. & nos latius suo loco diximus, ergo si privilegium, quod contingat revocari, non ideo tollit- tur Regi nostro facultas extrajudicialiter defendendi vi oppressos, cum sustineatur ex jure naturali, divino, positivo, & immemoriali; quibus jure proprio compe- tit, quod remanet intactum, & illibatam; quæ juridica fundamenta, & rationes, cum non considerasset Cevall. ad vincendum inconveniens revocationis privilegii, eo indebitè adstrictus, & victus, motus fuit à vero aber- rare, negans absolute privilegium, de cujus fama plu- rimi testantur, & ipse etiam, cujus contrarium ipse pro- bare non poterit, maximè cum verisimilius sit adesse, imò juris, & de jure præsumptione inducta ab immemo- riali præcessisse consistendum est.

Quo supposito, meritò reprobabitur doctrina Suarez 353 lib. 4. de immunitate Ecclesiarum, c. 34. n. 33. ubi supponit Regem Hispaniæ non habere facultatem cognoscen- di per viam violentiæ, nec sustineri, nisi Pontificis privilegio, & tolerantia; (quod idem est) cui respon- detur, quòd hujusmodi cognitio non fundatur dumtaxat in privilegio Pontificis tacito, aut præsumpto ex im- memoriali; sed in jure Regali proveniente à radice, & fontem juris naturalis, quo jure proprium officium Re- gis est vi oppressos liberare, & protegere.

Maximè quia rectè defendi potest tale privilegium à Pontifice concessum, non posse à Sede Apostolica amplius revocari, quoniam hujusmodi privilegium magis concessum est, & principaliter Ecclesiæ, & Eccle- siasticis personis, quoniam hæc cognitio illi est magis favorabilis, & nimis valde utilis, quia per eam Jurisdic- tio Ecclesiastica augetur, & tuerit, & potius amplia- tor, Pontificique, & aliorum judicium superiorum de- bitus conservatur honor in tranquillitate, & republi- cam utramque conservans, ne pax publica turberet, ut sæpius diximus, maximè supra, in responsione ad quin- tum principale argumentum, vers. & ideo minus ob- stat, à num. 240. sed privilegium concessum in favo-

rem Ecclesiæ revocari à Principe non potest; ut te- nent Lucas de Penna in l. fin. n. 64. C. de locand. prædiis civilib. Innocent. in c. novit. pro qua Feli. in cap. ad Apostolicam, numero 1. de simonia, dicit, esse ibi de hoc casum Ill. in l. non amplius, §. si certum, n. 14. ff. de leg. 1. dicens istam opinionem in consulendo, & judicando esse tenendam; comprobatur aliquibus rationibus Marta de jurisd. 4. p. cent. casu 52. à n. 45. cum seqq.

356 Probatur etiam, quia licet aliquando privilegium revocare possit Pontifex, tamen protectio, & defensio naturalis remanet Regi, cujus proprium est, & immu- tabile ex jure naturali, & hoc, quod alicuius etiam pri- vari proprium est, Princeps tollere non potest, quia Im- perator, & Princeps, licet sit Dominus quoad protectio- nem, atque recognitionem universalem, jurisdictionem, non autem quantum ad dominium particularium rerum, ad particularem spectans, de quo propterea dis- sponere non potest; ita in terminis, ut in uno plures referant, latè prosequitur multa in proposito adducens Marta tractatu de jurisd. 4. p. cent. 2. casu 12. à n. 10. us- que ad n. 17. ubi quòd Princeps in his, aliquid alterare, nec mutare potest, ubi elegantissimè: ergo licet fatea- mur, aliqua justa de causa privilegium posse revocari; tamen non jus proprium Regis proveniens ex visce- ribus juris naturalis.

358 Deinde quia Rex Hispaniæ in temporalibus Ponti- fici non subest, quia sunt duæ potestates separatae, & dis- trictæ, (ut notum est) sed privilegium concessum non subdito, non potest revocari, ut singulariter voluerit In- nocent. in d. c. novit. quem sequitur B. in l. qui se patris, C. un- de liberi, & in l. si cum mihi, ff. de dolo, Card. in repe. c. per- pendimus, in prin. de sent. excom. Archid. in c. quicumque 11. q. 1. Castren. in cons. 317. viso, & examinato puncto, col. 3. vers. constat autem, vol. 1. Decius in cons. 286. n. 9. Ill. in cons. 56. n. 2. vol. 1. Castr. in l. digna vox, circa medium, vers. nota pro terris Ecclesiæ, C. de legib. Marta ubi proximo n. 20. quem (post hæc visus) de verbo ad verbum transcripsit Ceval. de cognit. per viam viol. c. 10. in pro- mio, tacito tamen autore, apud quem alia etiam pote- ris videre ad hoc propositum fundamenta, pariter tran- scripto ipso Marta, eo tamen non citato. Vide etiam nonnulla per Torre-Blanca in tract. de magia, lib. 3. c. 26. à n. 3. cum seqq. ubi quòd hæc cognitio violentiæ tolli non potest, latè probat.

Miror igitur tanti Doctoris aliorum autoritatibus ex infesto detrahentis apponenda epitaphia, & igno- miniosas subscriptiones, ut cunctis patens sit, (reproba- tur opinio N.) quòd quidem alienum est à viro tam do- cto, maximè nobili, cujus magis propria, & naturalis modestia est, suavissimo artificio aliorum opiniones re- probare, & in receptum redigere, quantum sit dumtaxat necessarium ad veritatem eruendam.

359 Illud tamen tandem obiter prænotandum: non esse audiendum Gregor. Sayrium in thesauro casuum con- scientiæ, lib. 3. c. 18. n. 6. ubi approbans nostram cog- nitionem per viam violentiæ, ex juris naturalis principiis asserit cessare, quando alia via possit tolli violentia per Romanum Pontificem, ita ut dato recurfu ad Pontifi- cem, cessare recursum ad Regem, cui ut Theologo par- cendum est libentius, quia ratione caret; etenim si op- presso per judicem, licita est ad sui defensionem non solum propriæ personæ resistentiæ; sed ad idem amicos convocare, ut vim propulserit, & auxilietur, quantum securius erit recurrere, & urbanis justitiæ ministrorum Regis ipsius (cujus proprium officium est) auxilium invocare, ut superius latè diximus prælud. 3. à princ.

360 Et quia ad sui defensionem, & propulsam vim licitum est omnibus modis uti, dummodò in eis non excedatur modus legitime defensionis, & inculpata tutela (ut dicimus latius c. sequenti, à princ.) & probatur juris regulis, & principiis dictantibus, quòd nemo pluribus uti defensionibus prohibetur, ut in l. nemo Salgado de protect. Reg.

ff. de exceptio. & c. nullus plurib. de regul. jur. in 6. & quia 362 defensiones non sunt de genere prohibitorum, ut una via electa, excludatur altera, ut in regul. cum quid, §. 4. eo- dem tit. ergo oppressus non est culpandus, si duobus; vel utiliori, aut faciliori, & uberiori ex his remediis utatur ad sui defensionem, cum talia remedia non sint inter se contraria respectu finis: imò tendant ad eundem defen- sionis, scilicet, & protectionis effectum, ut expressè probat text. optimus in c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. ibi: Saa; 363 propria spiritali defensione tueri, sicque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasti- cum, alterum videlicet altero adjuvare; maximè quia duo gladii consueverunt, exigente necessitate, ad invi- cem suffragari, & in juvamen alterius subventionem mu- tua frequentibus exerceri, &c. (& ejusdem Sayrii opi- nionem post hæc scripta visus) reprobatur Cevall. de cog- nit. per viam violent. glos. 56.

Hactenus de theorica hujus saluberrimi, & charita- tivi Recursus, seu nudæ defensionis naturalis, & ejus jus- tificatione, quæ omnia nota, & attentè lege, quia à ne- mine hucusque adeò explicitè & distinctè omni refeca- to superfluo perpensa fuere, plurima essentialissima ad- dita, & mirabiliter, curiosèque applicata reperies, & quoniam quæ gravia sunt, nec clausis debent oculis præ- teriri, ut inquit Pontifex in c. conquestus, de sent. excom. ideo in prædictorum progressu, & toto tractatu hoc, quidquid dixerim, sanctæ matris Ecclesiæ, limæ, corre- ctioni, & censuræ libentissimè, & me submitto, quæ si aliud censeat, aliterve statuatur id ipsum ego censeo, in eaque scripta tuto, acumentisque desisto, & testor, magis humana, debiliq; fragilitate, & ignorantia tunc labi deceptum, quàm culpa, cum sana sit intentio.

CAPUT II

De modo procedendi per Regium Senatam in adimenda vi, ab Ecclesiastico judice illata, non deferente justæ appellatiõni; & de variis formulis, quibus decreta concipiuntur; & quid si excommunicatum (prout rogatur) recuset absolovere, an ad id cogatur, & an actorum inspectio in Senatu interim impediatur: & quid si secundæ jussioni (quam sèbre caris dicimus) non obtemperaveris.

SUMMARIUM.

- 1 Theoricam cognitionis per viam violentiæ abundè præceteris tractavit Auctor in cap. precedenti.
2 Cognitio violentiæ fit extrajudicialiter absque umbra, & vestigio jurisdictionis, quam nec subjecta materia, nec forma procedendi patiuntur.
Cognitio violentiæ nihil continet jurisdictionale, quia est nuda potestas,
Naturalis defensio,
Auxilium politicum,
Oeconomica tutio,
Permissa facultas,
3 Et licita vis.
Charitativa protectio,
Propugnaculum violentiæ,
Asylum vi oppressorum,
Tutus accessus,
Legitimus recursus,
Vis protectiva, & propulsiva, quæ vis injusta justè repellitur & à principe propulsatur, ibidem.
4 Violentia tractatus ingentes includit difficultates.
5 Auctor à pluribus doctissimis viris Senatoribus, & advocatis fuit persuasus, in lucem edere hunc laborem, uti- litatem



- litatem promittentibus, ut recta praxis in bonum dirigatur, & ne in posterum ab advocatis ignavis inficiatur.
- 6 Defensio naturalis adhibenda cum moderamine inculcata tutela.
- 6 Defensio legitime modus non exceditur, si id sit, sine quo vis propulsari, nec periculum evitari potest.
- 8 Princeps in tollenda vi non debet excedere limites legitime defensionis naturalis, sed cum moderamine inculcata tutela.
- 9 Senatus in tollenda vi eiusque suam interponat auctoritatem dumtaxat, quantum ad id sufficiat, alias si ad non necesse se extendat, non facit sine scrupulo censurarum.
- 20 Recursus regii fundamentum est, vim tollere per viam extrajudicialis defensionis, adhibita aliqua non judiciali cognitione, & tunc censurarum incursus evitatur.
- 21 Defensio ex suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo fiat.
- 22 Defensio etiam contra Pontificem licita est Ecclesia, & Principibus.
- 23 Rota decisiones plures referuntur, quibus recursus ad Regem legitime dicitur, ad finem propulsandi vim extrajudicialiter, secus si debitus, & solitus excedatur modus.
- 24 Bulla in Cœna Domini censuras incidit per excessum legitime defensionis, probant Rota decisiones plures.
- 25 Bulla in Cœna Dni, & defensio naturalis vicina sunt, & confines, quas sola legitimas distinguit, & separat.
- 26 Dicitio (sub pretextu) id est, sub colore, & sumpta occasione casus permitti, devenitur ad prohibitum.
- 27 Prætextu aequitatis plerumque perniciosè erratur.
- 28 Dicitio (pretextu) est velamen, quo quis simulat, se moveri ad aliquid faciendum.
- 29 Necessitas, & utilitas mirabilem, & laudabilem modum præbende protectionis contentum sub limitibus naturalis defensionis inducere.
- 20 Remedium nullum habentis aptius potuit inveniri, ad sedandas iudicium Ecclesiasticorum violentias ob denegatam delationem appellationi, quam frequenter usitatum.
- 21 Instructio procedendi in causis violentiæ è consilio Regis, & eius stylo, ceteris fuit missa tribunalibus.
- Quam ad literam trahit prætextus Montevoss. ibid.
- 22 Instructio substantiam procedendi in tollenda vi a iudicibus Ecclesiasticis non deferentibus appellationi, recenset l. Regia 36. tit. 5. lib. 2. cuius verba referuntur.
- 24 Sub l. Regia 36. verbis multa includuntur difficultates usu frequentes, diluenda per authorem.
- 25 Violentia tollenda an Principibus, & Dominis inferioribus potestas competere possit.
- 26 C. Regium officium, ponderatur in illis verbis, (Regis proprium) ut scilicet, aliis sit alienum.
- 27 L. Regia 36. verba ponderantur ibi, nos pertinet.
- 28 Vi oppressos liberare est attributum naturale, inherens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, & substantie diademe, inseparabilis, & indivisibilis.
- 29 Protectio, & regimen unum iudicatur indissolubile, que à Rege tolli non potest, nec à regimine separari.
- 30 Defensio subditorum simul est orta cum Regno.
- 31 Protectio est objectum & causa finalis Regni.
- 32 Protectio vassallorum à violentiis est de regalibus, Regi competens in signum supreme potestatis.
- 33 Dominis temporalibus, puta Ducibus, & Marchionibus, superiorem recognoscantibus potestas tollenda violentiæ non potest competere, & de ratione.
- 34 Princeps concedens aliis Dominis inferioribus jurisdictionem pleno iure, non intelligitur concessa potestas, & superioritas inherens regio diademati.
- 35 Princeps à se non potest abdicare, quo maiestati sue adhaeret.

- 36 Potestas castigandi, & iudicandi est omnino intrinseca auctoritati Principis respectu subditorum.
- 37 Potestatem supra jurisdictionis, aut recursus in casibus violentiæ, nullus sive secularis, sive Ecclesiasticus, acquirere potest titulo donationis, aut prescriptionis adversus Principes supremos.
- 38 Regis majoria, aut Pontificis nullatenus à Rege alienari potest.
- 39 Jurisdictio supra adhaeret formaliter dominio Regia maiestatis, & visceribus intrinsecis regiminis.
- 40 Subditum esse exemplum à supra protectione provenire à fonte perenni juris naturalis, impossibile videtur.
- 41 Dignitas est immortalis, & licet Summus Pontifex moriatur, non tamen Summus Pontificatus.
- In Rege due significationes, & persone concurrunt, intellectualis, perseverans ænigmatica, & corporalis, ibid.
- 42 Rex licet deficiat quoad rumbus, remanet personas Regis quoad organum, que est publica, principaliter fundans actus, que potius attenditur, quam virtus organica.
- 43 Rex semper vivit quoad maiestatem supremam, & protectionem subditorum que nullo facto avelli potest.
- 44 Tribunalia supra Regis personam, & imaginem representant in administratione supra jurisdictionis.
- 45 Præcepta supremorum Senatorum observanda sunt, ac si ab ipso Rege dimanarent.
- 46 Recursus pro tollenda violentia ab Ecclesiastici iudicibus illata habetur ad supra tribunalia regia.
- 47 L. 34. & 36. tit. 5. lib. 2. recopil. ponderantur.
- 48 Jura, & Rota decisiones in contrariam partem motos, referuntur.
- 49 Ecclesiastica persona posita ad Regem recurrere pro extrajudiciali defensione à violentiis iudicis Ecclesiastici, & ibi querimonia proponere, multa jura canonica suadet.
- 50 Onus Summus Sacerdos ad Regem recurrere pro tollenda violentia seditione populi à Simone Sacerdote illata, legitur.
- 51 Recurrere ad Regem pro protectione violentiæ permittit Toletanum Concilium.
- 52 Recursus ad Imperatorem Ludovicum habuit clericus, querimonia proponendo de Leone Papa.
- 53 Divus Paulus à Tribuno auxilium postulavit.
- 54 Querela violentiæ non est accusatoria, in pena, aut castigatione concludens, seu certioratio querimonialis, in protectione naturali concludens.
- 55 Querela supponit iudicem, querimonia autem privatam personam.
- 56 Lex Regia 36. in illis verbis (ante ellos quexandose) ponderatur.
- Querela omnis dicitur remedium extraordinarium, & nomen commune, ibid.
- 57 Regi commendata est omni iure, maxime clericorum protectio.
- 58 Princeps non potest protegere vi oppressos, si de violentiæ notitiam non habet.
- 59 Jura prohibentia, clericum recurrere ad iudicia secularia intelliguntur, ut cognoscant de meritis cause jurisdictionis; non tamen pro tollenda violentiæ extrajudicialiter.
- 60 In quo omnes Doctores tum Theologi, quam Jurista conveniunt.
- 61 Bulla in Cœna maturè perpendatur, nullibi loquitur de parte recurrente pro tollenda violentiæ illata à iudice Ecclesiastico, ut illum tueatur.
- 62 Aloys. Riccius asserens, recurrere pro tollenda violentiæ ad Regem esse contra canonicas sanctiones, reprobatur.
- 63 Querela tenor ob non delatam legitimam appellationem refertur.
- 64 Appellatio est necessaria, ad fundandum recursum per viam violentiæ.
- 65 Recursus fundamentum deficit, deficiente appellatione, quia non est dabile subjectum habile, quo cognitio & decretum possit cadere.

Recursus

- 66 Recursus, finis & intentio cessant deficiente appellatione.
- 67 Qualitas, quæ fundatur jurisdictionis, in primis apparere debet.
- 68 Suppositum debet verificari prius.
- 69 Recursus violentiæ in decretis laicorum declinatoriam appellationem, aut protestationem aliquam non requirit, quia tunc principaliter præjudicium Regis attenditur.
- 70 Cevall. reprobat, qui pariformiter ad violentiam recursus requirit protestationem, sicut appellationem.
- 71 Protestatio violentiæ exprimitur in appellatione ab Ecclesiastico ad ejus terrorem, & trepidationem, & ad appellantis animi declarationem, & ex superabundanti, non tamen de necessitate.
- Oppressus etiam si expressè renuntiet recursui violentiæ, illi denegandus non est, ibid.
- 72 Vi oppressum defensori advocari velociter confugiunt ad appellationem, quomodo sit formata.
- Et si appellatio non adest, vel minus legitima, quod remedium sit adhibendum, ibid.
- 73 Appellatione conditionaliter proposita (nisi concedas, &c.) non expectata iudicis interlocutoria, ad Senatium confugiens regium, quod decretum reportabit, & quomodo consulendus.
- 74 Recursus ad Regem pro delatione appellationis à sententia non inimicè ex tunc ejus scientiam arguit.
- 75 Querela violentiæ proposita, & ejus ordinaria expedita ante gravamen à iudice Ecclesiastico illatum (jste timeatur) tamen sustinetur.
- 76 Occurrere ante tempus melius est, quam post illatum damnum remedium querere.
- 77 Violentiæ remedium de facto est postulanti exhibendum pro instante, aut præsumpto periculo.
- 78 Princeps in causis necessitatis extra ordinem occurrit.
- 79 Jus superveniens lite pendente an proferat, remissivè.
- 80 Recursus adhibitus ante gravamen, & sententiam latam non arguet notitiam ejus, ut currat tempus ad appellandum.
- 81 Provisio ordinaria oblata violentiæ querela, statim expeditur illa inserta, & quid contineat.
- 82 Provisio ordinaria, sola, & ex simplici querela expeditur.
- 83 Provisio ordinaria non arctat ad deferendum, sed est exhortatoria, & monitoria, quæ suscitatur iudex ad denovo se informandum de natura appellationis.
- 84 Clericus iusto timore ductus potest recurrere ad Regem, & literas impetrare, ne suus iudex cum molester, nec ex obruto procedat.
- 86 Provisio prima ordinaria monitoria, ut desistat à violentiæ iudex, nullum illi præjudicium infert, sed ejus libertati relinquit.
- 86 Oppressus ad obrinendum regiam provisionem juris præsumptionem pro se habet, cum omnibus appellationibus sit regulariter deferendum.
- Provisio ordinaria potius dici potest juris exhortatio, ibi.
- 87 Iudex ad reponendum attentata, etiam post appellationem, & functus officio suo, liberam habet facultatem.
- 88 Provisione ordinariam intimatam iudici Ecclesiastico si deferre recuset, secundum ejus partem conditionaliter sibi appositam adimplebit, scilicet mittere processum originale ad Senatium.
- 89 Violentiæ cognitionem evitare in libera facultate iudicis Ecclesiastici est, scilicet, deferendo.
- 90 Provisio ordinaria cognitio & processus missio non est præcisa, sed causativa.
- 91 Cognitio per viam violentiæ tantum durat, quantum violentiæ, non amplius.
- 92 L. Regia 36. interpretatur in illis verbis, para que se otorgue la appellacion.
- 93 Provisioni ordinaria satisfacit iudex per solam delationem Salgado de protect. Reg.
- nem appellationis absque repositione, ubi quid reponendum non sit adstet attentatum.
- 94 Denegata delatio legitime, sicut tacite consecutum habet sententia executionem; ita legitima delatio executionis repositionem.
- 95 Provisio ordinaria cum non sit arctatoria sed provocatoria, licet ad solum partis libellum expediatur: tamen ad effectum adstringendi iudicem, ut resistat à violentiæ, extrajudicialiter violentiæ per rei evidentiam, & notoriè debet constare.
- 96 Processum originale ad effectum cognoscendi ex eo de violentiæ, posse ad se exportari facere Principem.
- 97 Principem auxilium præbendo ex obruto, ante aquam sibi de violentiæ constat, passim contingeret, illud opprimenti præstare, & vim vi addere.
- 98 Processus originalis exportatio ad Senatium, & inde instructio, & informario est actus extrajudicialis.
- 99 Informatio etiam ex textibus, sumenda ex simplici eorum assertione ad instructionem Curie, est actus extrajudicialis, remissivè.
- 100 Natura humana, nec qualibet ingenii fecunditas quantumvis experta poterit alium modum ad cognoscendum de violentiæ aptiorem reperire, quam hætenus inventum, & præacticatum.
- 101 Acta faciunt rem notoriam, & quod ex eorum inspectione apparet, dicitur notoriè constare.
- 102 Ex forma procedendi in tollenda violentiæ inventa maxima omnibus oritur utilitas, & festinanter occurritur oppressis necessitati.
- 103 Præbatio violentiæ per testes, etiam de notorietate probantes, incongrua foret natura, negotii quia per negationem offuscaretur notorietas, & evacuaretur.
- 104 Processus originalis non transsumptus vebit ad Senatium jubetur, ut brevitati consulatur, & expensis, cum processus non sit retinendus hoc casu in Senatu, sed per momentum.
- 105 Processus violentiæ statim, & sine dilatione ante alios fori secularis inspicuntur.
- 106 Senatus cognoscens de violentiæ nullum libellum (deputa querimonia) exceptionem, contestationem, receptionem testium, scripturam, nec aliorum actorum præsentationem admittit, cum omnia ad violentiæ cognitionem necessaria detegantur notoriè ex actorum inspectione.
- 107 Ordo juris non servatur in notoriis, sed ordo est, ordinem non servare.
- 108 Periculum instans non recipit dilationem, legem non admittit, atque legem tribuit.
- 109 L. 36. ibi el qual trahido fin dilacion lo vean, omnia juris principi favent.
- 110 & 114. Iudicis iniquitatis inter procedendum præbatio est actorum inspectio.
- 111 L. 36. ibi. y del les constare, &c. interpretatur.
- 112 Princeps solet in necessitatibus, non servato ordine subvenire.
- 113 Princeps ex publica utilitate potest in aliquo casu novum genus probationis inducere, aliis etiam aliis licitis reprobatis.
- 114 Excessus violentiæ, & iudicis iniquitas inter procedendum si arguatur, ex actorum inspectione detegenda est.
- 115 Violentiæ requisita, puta, denegata delatio, suspecta executio, appellatio an legitima, & legitime interjecta &c. non aliter potest constare (moraliter loquendo) quam ex eisdem actis.
- 116 Privilegiatum iudicium, & sui natura inappellabile, aut executivum in dies alteratur, & variatur ex modo proponendi, aut prosequendi, & efficitur appellabile, & è conservo.
- 117 Gallecia Senatoribus, & advocatis Regii Senatus hac violentiæ materia præ ceteris patet, & qua de causa.
- 118 Delatio appellationis legitima denegata ex actis apparere debet.

E 2

Negativa